

12. De Pareno et Saparno  
nihil scio. Soanus convenire  
videtur fluvio Sohan, quem  
in mappa sua delineavit de  
la Rochette. In nomine Βησ-  
ταρέων latere videtur regio  
Ambissaris, qui saepe in ex-  
peditione commemoratur,  
et cuius regnum in his re-  
gionibus collocandum est.  
Numerat, ut vides, Arria-  
nus XV flumina, quae in  
Indum vel suo ostio vel cum  
aliis conjuncta immittantur.  
Totidem in Exped. V, 6, 11.,  
totidem Strabo pag. 482.;  
undeviginti Plin. VI, 20.

15. Ἰσρός] Cursum Istri  
descripsit Arrianus in Ex-  
pedit. I, 3, 1. seqq. Ἔνος,

Iat. Oenus, apud nostrates  
Inn. Σάος, lat. Saus, apud  
nostr. Sau.

16. ποταμοί] Saus nempe  
et Ister. Plinius lib. III. c. 25.  
„Inde XLV M pass. Tauru-  
num, ubi Danubio miscetur  
Saus.“ Blank. Taurunum,  
nunc Semlin.

17. ναυσίποροι] Plin. IV,  
11. ait Istrum sexaginta  
amnes recipere, medio fer-  
me numero eorum naviga-  
bili. Raph. Summam Ister  
magnitudinem iis demum  
fluminibus accipit, quae ex  
Wallachia et Moldavia de-  
currunt, quorum Arrianus  
mentionem non fecit.

V. Τὸ δὲ αἴτιον ὅστις ἐθέ- 1  
λει Φράξειν τοῦ πλήθεος τε  
καὶ μεγέθεος τῶν Ἰνδῶν πο-  
ταμῶν, Φραξέτω. ἐμοὶ δὲ  
καὶ ταῦτα ως ἀνοή ἀναγε-  
γράψθω. Ἐπεὶ καὶ ἄλλων 2  
ποταμῶν οὐνόματα Μεγασθέ-  
νης ἀνέγραψεν, οἱ ἔξω τοῦ  
Γάγγεω τε καὶ τοῦ Ἰνδοῦ ἐκ-  
διδοῦσιν ἐς τὸν ἑώρον τε καὶ  
μεσημβρινὸν τὸν ἔξω πόντον.

V. Quisquis autem cau-  
sam multitudinis et magni-  
tudinis Indiae flumen explicare velit, illi per me  
hoc integrum fit. Ego enim  
ea quoque quae de his re-  
bus scripsi (non pro vero  
vendito, sed) majorem fidem  
non habere censeo, quam  
quae fama sparsa sunt. Prae-  
terea etiam aliorum flumi-  
num nomina Megasthenes

#### NOTAE CRITICAE AD CAP. V.

2. ἄλλων πολλῶν ποταμῶν — medianam vocem propter Opti-  
mum abjeci. Mox ex eodem et duobus aliis restitui  
λέγει pro λέγεσι.